



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

ideòque eis non creditur c. sicut .
nobis & cap. testimoniū de Testib.
6 Excusat tamē periusus à pœ-
na periusi, si probauerit , perius-
rum fuisse commissum sine dolo
Bos. in tit. de Periur. n. 5. & alij
communiter : aut si tale periusus
nemini præjudicauit , nec pote-
rat præjudicare glōs. communiter
recepta in cup. quicunque ver. reci-
pientur 6.q. 1. Clar. in § periurium
vers. potest etiam , vel si propter
paupertatem iuramentum obser-
uare nequeat , etiam si culpa sua
in paupertatem inciderit Ricc. in
Collect. dec. 2239 par. 6.

Sunt etiam alij casus, in quibus
periurium non punitur in foro
contentioso , sed solum Deum
habet vitorem , videlicet , si reus
in ipso examine falsum dicat Mar-
rant. de ord. Iudic. p. 6. tit. de Inter-
rogat. num. 9. & tit. de Position. n.
17. & ita practicari dicit Bos. tit.
de Periur. num. 3. Lovatell. de
Quest. Iudic. in sp. 3. n. 41. & in sp. 5.
num. 274 sed si conuincatur d.
periurio , erit tale mendacium
contra eum sufficiens indicium
ad torturam Clar. in § fin. q. 45.
vers. quid ergo .

Secundò quando defertur in
iudicio iuramentum litis deci-
siuum , non potest pars iurans de
periurio judicialiter puniri Bart.
in l. de periurio ff. de Crim. Stel-
lion. vbi dicit ita intelligendam es-
se textum in lxx. C. de Reb. credit:
Bos. loco cit. n. 1. Ricc. in Prax. for.
Eccl. par. 3. ref: 247. Clar. in d. §
periurium vers. vit: & alij comu-
niter :

Tertiò nō punitur periusus in

iuramento calumniæ , vel in re-
sponsione ad positiones Ricc. in
Prax. vt supra par. 3. ref: 247.

Limita , quando de periurio
constaret per partis cōfessionem ,
vel ex actis per euidentem pro-
bationem : quia tunc peierans
tam in iuramento litis decisio ,
quam in iuramento calumniæ , vel
in respondendo positionibus ex-
tra ordinem punitur , idem Ricc.
loco cit. d. ref: 247.

S V M M A R I V M :

- 1 Crimen sodomie est mixti fori.
- 2 Sodomitæ qualiter puniantur
de iure ciuili , & canonico.
- 3 An stuprum passus faciat indi-
cium ad torturam.
- 4 Quando incurritur pœna ordi-
naria huius delicti.
- 5 Holie de consuetudine totius
mundi non punitur conatus. li-
mitatur num. 6.
- 6 Quando censeatur hoc delictum
proximè attentatum.
- 7 Inquisitores ex priuilegio con-
tra sodomitæ procedunt .
- 8 Clericus committens huiusmodi
delictum an teneatur statim di-
mittere beneficia .
- 9 Quando pœne à Pio V. contra
Clericos sodomitæ inflictæ lo-
cum habent.
- 10 An credatur puero dicenti , se
de hōc crimine fuisse attentatum .
- 11 An stuprum passi eadem , qua-
agentes , pœna plectantur .
- 12 An pueri subiectantur supradic-
tis penis .
- 13 Mulieres hōz crimen perpetran-
tes quando mittuntur puniantur .

CAP.

